



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

277. De vulneratio Malcho, & sanato.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCLXXVII.

*De vulnerato Malcho, &
sanato.*

I. **V**identes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt: Domine, si percutimus in gladio? *Luc. 22. v. 49.* Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis servum; & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. *Ioan. 18. v. 10.*

II. Tunc ait illi Iesus: Converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? *Matth. 26. v. 52. 53. 54.* Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Ioan. 18. v. 11.*

III. Respondens autem Iesus, ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. *Luc. 22. v. 51.*

MEDITATIO CCLXXVIII.

*De comprehensione Christi, & fuga
discipulorum.*

I. Di